

Beilage.

Capitulum XXXVII.

[De¹ eodem (*sc.* De illo, qui presbyterum occiderit). Qui sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat et vinum non bibat cunctis diebus vitae suae: ieiunet usque ad vesperam exceptis diebus festis atque² arma non sumat, equum non ascendat, ecclesiam per quinque annos³ ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes⁴. Cum autem duodecimi anni cursus finitus erit, communicandi ei licentia concedatur et equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purgari mereatur.]

Capitulum XLII.

De furibus et raptoribus. De furibus et raptoribus placet, ut^a, si in ipsa praeda occiduntur, pro eis minime orandum sit^b. Si vulnerati in desperationem^c prolapsi fuerint et de^d pravitatibus suis se poenituerint et^d, si supervixerint, deo et sacerdoti se^e emendaturos repromiserint^e, communionem eis impendere non negamus^f.

Capitulum XLIII.

De homicidiis non sponte commissis. (a). De homicidiis non sponte commissis, quali poenitentiae^a submittantur ii^b, qui fecerunt^c, in episcopi sententia maneat. [Postquam^d viderit illorum dignam poenitentiam, clementius erga illos agat^{d. 5.}]

(b). Si quis filium suum non sponte occidit^a, iuxta homicidia non sponte commissis poeniteat.

Capitulum XLIV.

[De continentia sacerdotis. Episcopus aut pres-

XLII (ed. c. 31a). a) om. Col. b) om. Diess. Col. c) 'praesentis vitae' add. Diess. Col. d) 'de . . . et' om. Col. e) 'repr. se em.' Diess. Col. f) 'denegamus' Diess. Col.

XLIIIa (ed. c. 52a). a) 'iugo' ins. Reg. b) 'hi' Reg. c) 'fecerint ea' Reg. d) 'Postquam . . . agat' om. Reg.

XLIIIb (ed. c. 53a). a) 'occiderit' omnes.

1) Uncis quadratis [] inclusa a synodo Triburiensi aliena esse videntur. 2) 'dominicis', ins. sec. Burch. 3) 'non ingrediatur, sed ante fores ecclesiae stet: post quinque annos ecclesiam' ins. sec. Burch. 4) 'stet' ins. sec. Burch. 5) 'Postquam . . . agat' del., cf. Abh. I, p. 375, N. 7.